Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Solem in potestatem diei · quoniam ⁊
Lunam & stellas in potestatem noctis · quoniam ⁊
Qui percussit egyptum cum primogenitis eorum · quoniam in eternum ⁊
Qui eduxit israhel de medio eorum · quo in eternum ⁊
In manu potenti & brachio excelso · quoniam ⁊
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones · quoniam ⁊
Et eduxit israel per medium eius · quoniam ⁊
Et excussit pharaonem & uirtutem eius in mari rubro · quoniam ⁊
Qui traduxit populum suum in deserto · quoniam ⁊
Qui percussit reges

Potestas diei · est aduentus solis · id est xpi · quia per eum omnibus declaratur uisibilis creatura ⁊

Percussit xpi primitiua egypti · quando istius sci damnauit gloriam · quae putabatur esse praecipua ⁊ nam luxuriet superbia · ac auaritia quasi primitiua sunt mundi ⁊ ipsa enim primo generat pessimus uenter · euelit carus filius complectit · dum istarum cupiditate gratulatur ⁊

Manus fortis · admirabile pertinet actionem ⁊ Brachium excelsum · ad omnipotentiam dni singularem · que semper demonstrant omnium rerum auctorem ⁊

Et eduxit israel · quo iste uersiculus repetitus est · expositio superius dictu sufficiat ⁊

Excussit pharaonem · id diabolum · cum ministris suis · hoc est quasi puluerem · proiecit · ut decleritate et uirtutem diuinitatis ostenderet · et illos terrenos sordes eee monstraret ⁊

Lunam · ecclesiam debemus accipere ⁊ stellas diuersas ordines · ut sunt epi · prbi · diaconi · quiuelut stellae caelesti noscuntur conuersatione · rutilare ⁊ qui in potestatem noctis · id istius sci dati sunt · ut per eos caliginosa reluceant corda mortalium ⁊

Per medium enim egyptiorum eduxit israel · quando scos suos a conuersatione liberat pessimorum · & a mundi istius deterrima habitatione · in lucem suae ueritatis adducit ⁊

Rubrum mare est · istius saeculi permixtum profunditas · quam multis diuisionibus transimus · quando conuersi ad terram uiuentium festinemus ⁊ aliter enim per elimosinas · aliter per assiduas orationes · aliter per uirginitatem · aliter per castitatem transitur · addm ⁊

Deserti enim dicit mundus · quia diuina lectione priuatus fuit ⁊ et merito sic uocatus · quia ad se uenientem non recepit auctorem ⁊

Percussit reges magnos · quando in corde nro caelestis medicus impia